Ii ipſi, qui hoc Genus Scientar. primis ſaltem labiis deguſtârunt, ſtupendam Editionum Ciceronis Offic. à *Fauſto* procuratarum Raritatem haud ignorant. Hoc noſtrum Exemplar verò, quod idem ipſum ex Biblioth. Krafftiana ad nos translatum, Celeb. Schellhornius recenſet, ſenſu ſtrictiſſ. Phœnix Librorum, utpote unicum, vocari meretur. Cùm Num. LXV. in XL. tam mirè & dextrè fuerit mutatus, ut fucus vix ne vix quidem deprehendi poſſit. Cymelium proinde quantivis pretii.

——— iterùm it. de Senectute, Amicitia, Somnium Scipio-

Scipionis, c. Annot. Strigelii, Witteb. ap. Joh, Cranem, 1597. 8vo. item.

Hier. Wolffius in Officia Ciceronis & Carmen de Victoria Turcica, Baſil. eód.

——— iterùm, & Lælius, Cato M. &c. cum Comment Eraſmi, Melancht. &c. Lugd. ap. Theob. Paganum, 1556. 4to.

——— denuò, Lipſiæ ap. Valent. Schumann. 1516. 4to.

——— de amicitia, ib. per Wolfg. Monacenſ. 1515. 4to. adh.

a. Primæ Decadis Livianæ Lib. I. ib. per Jac. Thanner. 1517.

b. Ovidii Nas. faſt. Lib. VI. ib. ap. eund. eód.

c. Mart. Lutheri Sermo, de digna Præparat. Cordis pro ſuſcip. Sacram. Euchariſtiæ, s. n. A. & L.

d. Hier. Cingularius Aurimontanus de componendis Epiſtolis, Lipſiæ ap. Wolf. Monacenſ. 1517.

e. Thom. Medi Veneti Comœdia, quæ Epirota inſcribitur, ib ap. Tanner. eód.

——— Orationes philippicæ, Baſil. ap. H. Frobenium & Nic. Epiſc. 1551. fol.

——— Orationes 37. Venet. per Phil. Pinzium, Mantuan. 1493. fol.

——— iterum omnes, per Thom. Freygium, 3. Vol. 1602 - - 1603. 8vo.

——— denuò Lugd. apud Seb. Gryph. 1551. Vol. 2.

——— Epiſtolæ cum Comment. Hubertini Creſcentinatis, Mart. Philetici, & Georg. Vallæ, Lugd. per Jac. Zachon. 1505. fol

——— iterùm ib ap Seb. Gryph. 1531. 8vo.

——— Rhætorica, de Invent. Topica, & de Partitione Orat. Pariſ. ap. R. Steph. 1537.

——— de Finibus bonor. & malor. Lib. V. Moguunt. ex ædib. Jo. Schæfferi, 1520. 8vo.

——— Sententiæ inſigniores, it. pia Apophtegmata, ex CC. Vet. Orat. collecta, Lugd. ap. Guil. Regnierium, 1556. 12.

partitio-

——— partitiones oratoriæ per Joh. Sturmium, Argent. ex Offic. Cratomyliana, 1547. fol. adhærent

a. Corpus emendatæ ſtructuræ Latini Sermonis Thomæ Linacri Britanni, Baſileæ per Joh. Oporinum, 1554.

b. Joſuæ Kesleri Sangallenſis Tabulæ Epiſtolicæ & Oratoriæ MSStæ.

c. Juſtini Hiſtoriæ, Lipzik per Jac. Thanner. 1514.

d. Nonnius Marcellus, Feſtus Pompejus & Varro, de latino Sermone, ex recenſione Joh. Bapt. Pii, Mediolani per Leonh. Pachel. 1510.

Cingalli (Herm.) S. Scriptura Trinitatis Revelatrix, Gaudæ, ap. Jac. de Graaf. 1678. 12. vide Vogt.

Claudianus. Venet. ap. Aldum, 1523. 8vo.

de Clemangiis. Opera omnia, Lugd. B. 1613. 4to.
De raritate hujus Libri vide Vogt.

——— de corrupto Eccleſiæ ſtatu, Helmſt. 1677. 4to.

Clementis Rom. de Conſtitutionib. Apoſtolicis, Lib. VIII. Interpr. Car. Bovio. Antv. per Libertum Malcotium, 1564. 12.

Clenardi (Nic.) Epiſt. de Rebus Muhamedicis, ib. ap. Chr. Plantin. 1566. 8vo.
Has Reimannus in Cat. Bibl. raras, caras, præclaras, aureas vocat.

——— Inſtitut. ac Meditationes in Græc. Linguam. Hanov. Typis Wechel. 1602. 4to.

Cleree (Joh.) Sermones quadrageſimales, Pariſiis 1530. 8vo.
Liber, cujus Vogtius nullam aliam notitiam, quàm ex Eſſaiis de literature habuit, cujus Author illum à ſumma præſtantia & raritate laudat.

Clerge (Politique du) de France, Pariſ. 1682. 12.

Clericus, vide Seldenus.

Clichtoveus de Vita & Moribus Sacerdotum; Item Michaëlis S. Canonis Miſſæ explicatio. & Joh. Rockizana de 7. Sacramentis, & de non Scriptis traditis, Pariſiis 1550. 12.

Cluten vide Galilæi, & Hæreticis.

Cluveri (Joh.) Germania Antiqua, Guelferbithii, 1663. 4to.

Item Thom. Schæfferus de Regni Sueciæ Inſignibus Holmiæ, 1678. 4to.

Schæfferi Liber admodum rarus eſt, vide Vogt.

——— Italia Antiqua, Guelferb. 1650. 4to.

Cnapii (Georgii) Synonima & Dictionarium Polono-Latinum, Cracoviæ 1649. 8vo.

Coccaii (Merlini) Opus Macaronicum, Venet. ap. Joh. Variſcum, 1573. 12.

E rarioribus Theoph. Folengi Scriptis, ac Editio perrara.

Cochlæus (Joh.) de Actis & Scriptis M. Lutheri & Bonif. Britanni Antidotus contrà Lutheraniſmum, Pariſ. 1565. 8vo.

——— Septiceps Lutherus, ubique ſibi contrarius, ib. 1564. 8vo.

Scripta rara & virulenta.

Cogitationes novæ de primo & ſecundo Adamo. Amſt. ap. Iren. Aſpidium. 1700. 8vo. item

Vox Clamantis in deſerto. Uliſſingæ, 1671. 8vo.

Scriptum prius eſt fœtus Sam. Crellij, poſt. Beverlandi, proinde utrumque perrarum.

de Collange (Gab.) Polygraphie & Clavicule. Paris chez Jaq. Kerver. 1561. 4to.

Opus rariſſ. haud ita pridem in Belgio pro 30. fl. divenditum.

Collenutii (Pandulphi) Hiſt. Neapolit. Lib. VI. Baſil. ap. P. Pernam, 1572. 4to.

Editio Anni 1613. de qua ſola Vogtius agit, in ipſa Italia rariſſ. eſt, Teſte Haym, hujus noſtræ verò mentionem facit Cat. Fr. M. qui indicat librum ex Editione Italica Anni 1551. à Nic. Stupano in Linguam Latinam translatum, & 1572. editum fuiſſe, ubi etiam hoc Opus valde laudatur.

Collii (Franc.) de ſanguine Chriſti Lib. V. Mediol. ex Colleg. Ambroſ. 1617. 4to.

——— de Animabus Paganorum, ib. 1622. 4to.

Uterque liber omnium rariſſimis annumeratur à Vogtio & Authoribus ibi citatis, imprimis autem à Beyero.

Colombiere (Vulſon de la) Portraits des Hommes illuſtres, Pariſ. 1668. 8vo.

Commentarius de ſtatu Relig. & Reip. in Regno Galliæ,

Galliæ, ſub Henr. II. Franc. II. & Car. IX. 1571 --- 1580. 3. Vol. 8vo.

Hoc Opus integrum rariſſ. & vix unum alterumve Volumen conſpicitur.

Concilii Tridentini Canones & decreta, Romæ, ap. Paul. Manutium; 1564. fol.

Editio princeps pluſquàm rariſſ. & ſemper, ſi unquâm Occaſio detur, magnô pretiô divendita.

——— iterùm cum Indice Librorum prohibitorum, Venet. ap. eund. eôd. 8vo.

Ejuſd. raritatis cum præced. præcip. ob Erratum illud Typographicum *non absque peculiari ſcilicet Ductu, Gubernatione &c.* pl. v. in Bibl. Stoll. T. II. p. 414.

——— denuò Coloniæ, 1602. 12.

——— de eôd. Hiſtoria del Pietro Soave, 1656. 4to.

Editiones Hiſt. Concilii Trid. à P. Suavi concinnatæ minùs obviæ ſunt, Ling. Ital. verò conſcriptæ rariſſimæ.

——— Conſtantienſe; vide Eginhardi.

——— tàm generalia, quàm particularia ab Apoſtolorum Temporib. à ſanctis Patribus celebrata, Col. 1538. fol. 2. Vol.

Editio oppidò rara.

Concordantiæ Bibliorum, Rob. Stephani, 1555. fol.

——— Biblicæ, Arg. ap. Knoblauch. 1526. fol.

——— S. Script. ib. ap. Guil. Ulricherum, fol. 1529.

——— N. Teſt. Gr. Lat. H. Steph. 1594. cum Supl. s. n. A. 2. Vol. fol.

Concordata inter Leonem X. & Franc. I. Pariſiis 1518. 8vo.

——— iterùm ib. 1534. 12.

Editiones originales rariſſ.

——— Principum Nationis Germanicæ. vide Eginhardi.

Confessio Doctrinæ Eccleſiarum Saxonicarum, Concilio Trid. oblata, 1552. 8vo.

——— Fidei Eccleſiarum Polonicarum, 1651. 8vo. adhærent

a. Confeſſionis Chriſt. ad Rogum damnatæ Manium Vindices, 1652.

b. Jona

b. Jonæ Schlichtingii de Bucowiz Apologet. data, 1650.

Omnia ex Socinianorum rariſſ. pauciſſimis viſa.

——— Generalis Doctrinæ Eccleſiæ Reformatæ in Regno Poloniæ exhibita, 1. Sept. 1645. 8vo.

——— Fidei Baronum ac Nobilium Regni Bohemiæ. Dordraci, 1617. 8vo.

a. Abr. à Franckenberg notæ miſticæ & mnemonicæ ad Bechinas Olam, Rabbi Jedajah Happenini, 1673.

b. Erici Friedlibii Unterſuchung des Indifferentiſmi, Gluckſt. bey Fr. Treumond s. n. A.

De Raritate Scripti primi vide Cat. Bibl. R. p. 393. de ſecundo vide infrà Lit. F. partis ſecundæ hujus Catalogi, & de tertio Vogtium.

——— Auguſtana, Auguſt. 1535. 4to.

——— iterum, cum Apologia, Witteb. 1542. 8vo.

Longè rariſſ. eſſe omnes Editiones ad Annum 1542. incl. impreſſas, cuivis ſatis ſuperque conſtat.

Conseil ſur le monitoire de Gregoire XIV. contre la France, 1691. 8vo.

a. Conclave du dit Chalons eôd.

b. Diſcours de l'Excellence de la Royauté Françoiſe, eôd.

Editiones originales.

Consensus Orthodoxus S. Script. de Cœna Dom. Heidelb. 1574. 8vo.

——— iterum, Tig. ap. Froſchauer. 1578. fol.

——— denuò, ibid. 1585. fol.

——— & denique ib. 1605. fol.

Libri hujus rarioris Editiones modò memoratæ vix in ulla Biblioth. ſimùl reperiuntur.

Considerationes duæ, Vocum, Terminorum & Phraſium, quæ in Doctrina Trinitatis à Theologis uſurpantur &c. Dat. me Solyma per Irenæum ſed Alethophilum, 1684. 8vo.

Scriptum Socinianum Preuſſii inſigniter rarum vocatur à Vogtio.

Constantis (Lucii Antiſtij) vide Lit. A.

Constantius vide Huſſ. & Braunfels. Parte II.

Constantinus vide Hutten. & Eginhard.

Contarenus v. Facius.

Coornhærdt vide Lipſius & Hæretici.

Corbachii ( Joh. Helleri ) Malleolus Chriſtianus, Col. ap. Melchior. Noveſianum, 1535. 8vo.

——— Contra Anabaptiſtas, ib. 1534. 8vo.

Item Confutatio ExcuſationumLutheran. contràConcil. Mantuanum, Lipſiæ ap. Conr. Wohlraht. 1537.

Cottalambergius v. Lutherus.

Crastonis ( Joh. ) Lexicon Gr. Lat Conſt. Laſcaris per Accurſ. Piſanum editum, Mutinæ impreſſum, „ in ædib Dion. Bertochi Bonon. ſubterraneis. Annô „ humanæ Redemtionis, milleſimo nonageſimo nono, „ tertio decimo Kal. Novemb. Divo Hercule Eſtenſi, „ Ferrariæ Duce Imperii habenas gubernante. „ Sequitur Index cum Præf. Ambr. Regienſis & fini ur ſequentibus: „ L. Manij Regienſis Scazon.

Lætare Lector: En Libellum quem dudum
Moraris, & politus & nævos terſus
Incedit audax: nec ſuſurrulos audit.
Sed & Cachinnum & ronchulos acri Sanna
Miſtos facit vel aſſe: vilius vel ſi
Quid perditur. Livore nec protelatur.
Qui frugibus lætis dolet: parcis gaudens.
Faceſſat hinc: probè monemus: nec fruſtrà,
Nam ſi moleſtus eſſe perget. Scazantas
Claudos, vel Hipponacta lentum irritabit.
Vale. Nec ingratis maliſve ſcribimus:
Sed tibi: ſed bonis: ſed omnibus doctis.

Crellii ( Joh. Comment. in N. T. Eleutheropoli, 1656. fol.

——— Ethica, Coſmop. per Eug. Philalethem. 1681. 4to.

——— Catecheſis Eccleſiar. Polon., Stauropol. per eund. 1680. 4to.

——— Tractatus de Spiritu S. 1650. 8vo.

——— Declaratio ſententiæ de Cauſis mortis Chriſti, 1637. 8vo. vide Socinus.

Hujus Principis iuter Socinianos Scripta, alia aliis rariora, imò rariſſ. eſſe, cuivis conſtat.

Cresollii ( Lud. ) Theatrum Vet. Rhetorum, Pariſ. ap. Cramoiſi, 1620. 8vo. D Crusca

Cruſca (Vocabulatio de gli Academici della) Venet. 1680. fol. vide Vocabulario.

Cruſii (Mart.) Turco-Græcia, Baſil. 1584.

——— Germano-Græcia, ibid. eôd.

De raritate horum præſtantiſſ. Cruſii Operum, v. Th. S. T. II. p. 336. & Auctores ibi citatos.

——— Epitome Æthiopicæ Heliodori Hiſt. cum Narratione ejuſd. de Parentibus ſuis, gr. lat. Francof. per J. Wechel. 1584. 8vo.

——— (Joh.) Aſtri inexſtincti Eclypſis, v. Scioppius.

——— Oratio, vide Scalichius.

Cuffeler (Abr. Joh.) Specimen artis ratiocinandi nat. & artif. Hamb. 1684. 2 Vol. 8vo.

Liber admodum rar. vocatur à Voetio & alibi paſſim.

Curionis (Cœlij ſecundi) Araneus, & alia ejus Opuſcula, v. Moratæ.

——— de amplitudine Regni cœleſtis, Francof. 1617. 12.

——— Paſquillus Ecſtaticus, Genevæ, 1667. 12.

——— Epiſtolæ, Baſil. 1553. 8vo. item Conſilium delectorum Cardinalium de Eccleſia emendanda, s. n. A. & L.

——— Oratio pro vera & antiqua Eccleſiæ Chriſtianæ Auctoritate, Baſil. 8vo. s. n. A.

——— Chriſt. Religionis Inſtitutio & Epiſtolæ de pueris ſanctè Chriſtianèque educandis, 1549. 8vo.

——— (Cœlii Auguſtini) Hiſt. Saracenicæ, Baſil. ap. Oporinum, 1568. 8vo.

Curionis Scripta, imprimis Cœlij Secundi, perrara ſunt, & quidem non infimi Ordinis, pauciſſ. Eruditorum viſa, de quibuſdam eorum vide Coleri Anthol. p. 218. & Schellh. T. XII. p. 592.

Curtius (Quint.) c. n Eraſmi, Arg. in ædib. Schureri, 1518. fol.

——— iterùm ap. Aldum, 1520. 8vo. it. Juſtinus & Æmil. Probus, ap. eund. 1522.

——— denuò vide Philoſtratus.

——— Orationes & Epiſt. vide Gaguinus.

Cusani Epiſt. vide Oecolampad.

Cym-

Cymbalum Mundi, per Proſp. Marchand. Amſt. 1711. 12.

Cyrilli & Ammonii Theſaurus, v. Heſichius.

## D.

Dante (Alighieri) del Inferno, Venet. preſſo Aldo. 1515. 8vo.
Editio rariſſima Libri raró obvii.

——— Monarchia, vide Nuncius.

Dialogi due di Mercurio & Caronte, 8vo. s. n. A. & L.
Liber Satyricus admodum rarus.

——— de Religione ſacró ſancta, Col. 1563. 8vo.

Diogenes Laërtius, v. Ferrarienſis.

Dionis Hiſtoriæ Romanæ Gr. Lib. XXXVI. ad LVIII. ap. Rob. Steph. 1548. fol.
Editio nitidiſſima, præſtantiſſima & rariſſima.

Dionysius (Halicarn.) Latin. Baſil. per Froben. 1549. fol.

——— iterum Sig. Gelenio Interprete, Lugd. ap. Seb. Gryph. 1555. 12.

——— (Franc.) Biblioth. Capucinorum, Genuæ, 1691. fol.
Bejerus ſequentia habet „ Habes hic Bibliothecarium, qui in- „ ter rariſſ. locum ſuum Jure optimó tuebitur; Raritatem exinde „ colligo, quoniam in ipſa Italia parcior ipſius Copia datur, & in „ Cat. præſtantiſſ. Bibliothecarum deſideratus fuit.

Disputatio de Suppoſito, Francof. 1645. 8vo.
De ſtupenda Raritate hujus Libelli prolixiùs agit Vogtius.

Dolce (Lodov.) Trattado delle Gemme. Venet. 1617. 8vo.
Liber jam centum abhinc annis rariſſimus, & tum Temporis pretio 5. Imperial. divenditus, vide B. A. S.

——— le Transformatione, ib. 1553. 4to.

Doni (del) la libraria, Venet. 1550. 12.
De Raritate hujus Libri vide Bejer. & Vogt.

Dornæi (Ger.) Chymia paracelſica de Transmutatione metallorum. Francof. ap. A. Wechel. 1581. 8vo. item

a. Theophr. Paracelſi præparationes per Ad. à Bo-

denſtein & ejuſd. VII. Lib. de Gradibus, Compoſition. &c. Baſil. ap. P. Pernam. 1568.

b. Alex. à Suchten de Secretis Antimonii.

Duellum Epiſtolare, Trophæum Franciſci I. & Epiſtolæ Virorum ad Symph. Campegium, impreſſum per Joan. Phiroben & Joan. Divineur Alemannos, ſumtibus Jacobi Franciſci Dejonta Florentini, 151. s. n. L. 8vo.

Opus valdè rarum, ignotum, à nemine, quoad mihi conſtat, memoratum.

Duræi (Joh.) Irenicorum Tractatuum Prodromus, Amſt. 1662. 8vo.

——— Appellatio contra Danhawerum, ib. 1665. 8vo.

——— Conſultat. Irenicarum Prodiorthoſis, ib. 1664. 8vo.

——— Collatio amica inter Illum & Hier. Sievertum, Coſellis, 1672. 4to.

Durandi (Guil.) Rationale Divinorum Officiorum, Norimb. per Ant. Koburger, 1481.

——— iterùm Lugd. 1500. 4to.

——— denuò ib. per Jac. Sacon. 1512. 4to.

——— Speculum Juris, Baſil. ap. Froben. 1562. fol.

Omnia rara, præſertim Editiones noſtræ *Rationalis*, Vogtiò inter 19. quos adducit, non memoratæ.

## E

Eberwein, vide Melanchton.

Ebriosorum de generibus, item de fide Meretricum in ſuos amatores, 1553. 12.

Ecole de Salerne en vers Burlesques & Poëma Macaronicum de Bello Huguenotico, Pariſ. 1550. 4to.

Ederi (Georgii) Catalogus Rectorum Academiæ Viennenſis. Viennæ Auſtriæ, 1559. 4to. cum continuatione & aliis huc ſpectantibus MSStis.

——— Malleus Hæreticorum, de variis falſorum Dogmatum notis atque cenſuris Lib. II. Ingolſtadii, ap. Dav. Sartorium, 1581. 8vo.

Rarioris Libri prioris copioſam notitiam ſuppeditat à Seelen in ſel. Lit. pag. 501. ſeq. an verò aliis Exemplaribus hæc noſtra Manuſcripta

nuſcripta adhæreant, valdè dubito. De poſteriori obſerv. eſt, Ederi Librum contrà Proteſtantes Dillingæ 1573. evulgatum penitùs ſuppreſſum fuiſſe, proùt nos docent, Schellh. Colerus, Goldaſtus &c. qui tamen nullam de hoc noſtro mentionem faciunt, ita u' nobis non conſtet, an hic itidem perrarus, repetita & forſan immutata ſit Editio dicti Libri.

Eginhardi, Vita & geſta Caroli M. Coloniæ apud Joh. Stœr, 1521. 4to. annexa ſunt:

a. Conſtantinus M. R. J. à Joh. Reuchlino è Græco in Latinum translatus, 1513.

b. Æneæ Sylvii Germania, Argentinæ per Renat. Beck. 1516.

c. Helius Eob. Heſſus de Victoria Wirtenberg. Acclamatio gratulatoria. Erfordiæ apud Melch. Saxum, 1534.

d. Oecolampadii Oratio ad Clerum.

e. Melanchton ex Plutarchi Libro 8vo. de nota Pythagorica, quâ hoſpitem hirundinem accipere nolebant.

f. Lyſidis Pythagoræi Epiſtola ad Hipparchum, Interprete Churerio.

g. Epiſtolæ Nobilium Moraviæ pro Defenſione Joh. Huſſi.

h De Condemnatione Hieronymi in Concilio Conſtantienſi.

i. LXXXI. Articul, ſo Kayſerl. Maj. Churfürſten, und Fürſten von dem Pabſt und allen Geiſtlichen abzuſtellen bitten.

k. Concordata Principum Nationis Germ., Argentinæ, 1513.

l. Sabellici Kriegs-Rüſtung, Geſatz, Gottesdienſt ꝛc. der Türcken.

Faſciculus Opuſculorum rariſſimorum.

Eglini (Raphael) Prophetia Halieutica ad Danielis & S. Apocalypſeos calculum Geograph. revocata, Tyguri 1598. 4to.

Liber in ipſa Helvetia non magis obvius, quàm reliqua Eglini Scripta.

Eleutherius (Auguſt.) de Arbore Scientiæ boni & mali, Mulhauſii per Petrum Fabrum, 1561. 8vo.

a. Juſti Velſii Hagani Epiſtolæ, & alia ejuſd. Scripta, 1557.

b. Ejuſd. Epiſtola ad Ferdinand. Rom. Reg. Principes, Electores reliquosque Imperii Status, ùt & Parabolæ tres. 1555.

Prior Liber ex rariſſimis Teſte Vogt. qui malè Annum 1651. indic.t. De Editione Germanica vide partem IIdam hujus Catalogi. Velſii Scripta itid. minùs obvia ſunt.

Elwal (Frere) ſes Sermons. Londres, 1737. 12.

Liber ſummè impius, Atheiſticus, & in Belgio, ubi impreſſus fuit, ſumma cum Cura ſuppreſſus.

Emmii (Ubbon.) Opus Chronolog. Groningæ per Joh. Saſſium, Sumt. Elzevir. 1619. fol.

——— Vetus Græcia, Lug. Bat. ap. Elzevir. 1626. II. Vol.

——— de Agro Friſiæ, deque Urbe Groninga & de utriuſque Jure, Groningæ Typ. Joh. Nicolai. 1646. 8vo.

Emmii Scripta omnia perrara, præſtantia, inventu difficilia & magni pretii habentur.

Eobani Heſſi Pſalterium Davidis & Eccleſiaſtes Salomonis, Carmine reddita, Lipſiæ 1584. 8vo.

Epistolæ clarorum Virorum, Venetiis ap. Aldum. 1556. 8vo.

Erasmi (Deſid. Roterod.) Adagia, Baſileæ ap. Joh Froben. 1523. fol.

——— Moriæ Encomium, 1515. v. Seneca.

——— Epiſtolæ, ibid. 1518. 4to.

——— iterùm Antwerpiæ, 1551. 8vo.

——— Similia. 1521. v. Lucianus.

——— Colloquia & Formulæ Epiſtolarum, vide Melancht.

——— Methodus ad Veritatem Theolog. v. ibid.

——— in Leges Cæſaris de Hæreticis, vide Hæret.

——— Epiſtola Apolog. de interdicto Eſu carnium, 1522. 8vo.

——— de recta Latini Græcique Sermonis pronunciatioue, item Dialogus Ciceronianus de optimo dicendi

cendi gënere, & idem de Civilitate morum puerilium, 1528. 8vo.

——— Paraclefis, Ratio veræ Theologiæ; Cuttenberti Tonſtalli Oratio in Laudem matriomonii, Eraſmi Oratio in eandem, & Laudem Medicinæ, Oecolampadii Epiſtola de riſu paſchali, Eraſmi miles Chriſtianus. Omnia Baſileæ, (uti reliqua) ap. Frobenium, 1518. 4to.

——— & Gilberti Cognati Effigies & Symbola, s. n. A. L. 8vo.

Editiones originales & perraræ.

Erdmanni (Chriſtiani) Relatio Hiſt. parænetica de S. Sanctis S. R. Imperii reliquis & Ornamentis, 1629. 4to.

Plura de hoc libro & ejus Auctore vide apud. Vogtium.

Erici (Joh. Petri) Renatum è myſterio principium philologicum, Patavii ex Typogr. Seminarii, 1686. 8vo. c. fig.

Liber rarus vide Bibl. Maſtricht.

Erizzo (Sebaſtiano) Diſcorſo ſopra le Medaglie Antiche. Venetia nella Bottega Valgriſiana, 1559. 8vo.

Liber inter Numiſmaticos ex rariſſ. de noſtra Editione agit Th. S. T. I. p. 220 Sed malè, eam hoc anno formâ 4tâ expreſſam fuiſſe, aſſerit.

Escuidi (Joh.) Summa Aſtrologiæ, v. Hermetis.

Essex (Comte) Decouverte de l'Aſſaſſinat. 1684. 8vo.

Liber in Hollandia ſub pœna 200. Imperialium prohibitus, Teſte Placcio.

ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΚΟΝ ΜΕΓΑ cum Præfatione Marci Muſuri Græca, 1499. fol. Sumtibus Nicolai Blaſti, hortatu Annæ Filiæ Lucæ, Notarii magni Ducis Conſtantinopolitani, Opera Zachariæ Calliergi.

Exemplar optimè conſervatum Editionis longè rariſſimæ & ſplendidiſſimæ, etſi ſecundùm Cl. Fabricium optima Editio ſit Sylburgiana, tamen obſervandum eſt, Sylburgium propria & nulla prorſùs aliâ Authoritate nixum quàmplurima in ea immutâſſe, quam ob rem hæc noſtra ſemper permagnô pretio divendi ſolet.

Euclidis Elementa cum Comment. Campani, Theonis Alexandrini, & Hypſiclis, Pariſ. apud H. Steph. 1576. fol.

Eudæmon (Joh. Andreæ Cydonii) Apologia pro Henrico Garneto, Coloniæ Agrippinæ, 1610. 8vo.

——— Confutatio anti-Cotoni. Moguntiæ, 1611, 8vo.

——— Epiſtola ſuprà Diſſertationem Leidreſſeri & Reſponſio ad Epiſtolam Iſaaci Caſauboni, Coloniæ 1613. 8vo.

Apologia pro Garneto ſcriptum eſt rariſſimum, Conſenſu omnium, v. de Vogt.

Euripidis Tragœdiæ, Baſileæ ap. Joh. Hervagium, 1537. 8vo. Græcè.

Eusebii Hiſtoria Eccleſiaſtica, Interprete Joh. Chriſtophorſontio, Lovanii apud Servatium Saſſanum, 1569. 8vo.

Eutropii Hiſt. Rom. Baſileæ ap. Froben. 1532. fol. item

a. Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum, ibid eód.

b. Beatus Rhenanus de rebus Germanicis. ibid. 1531.

Eyb (Alberti de) Margarita Poëtica, Argentorati per Joh. Preuſſ. 1503. 4to.

Eysengrein (Guil. de Nemeto Spirenſis) Catalogus Teſtium Veritatis, Dillingæ ap. Sebald. Mayer. 1565. 4to.

A Vogtio vocatur Liber albis Corvis rarior, paucioribus cognitus, pauciſſimis viſus, plura vide apud eundem Vogtium.

## F.

Fabri (Jac. Stapul.) Comment. in IV. Evangelia, Coloniæ Expenſis Got. Hittorpii, 1521. 4to.

——— in Epiſtolas Pauli, Paris. per Henr. Steph. 1612. fol.

——— Pſalterium quincuplex, vide Bibliorum partes.

Stapulenſis Opera cuncta & ſingula rariſſima eſſe, quippe ſuppreſſa & prohibita, cuivis conſtat. cæterùm obſervandum eſt, Commentariorum in Evangelia, Editionem Baſil. Anni 1523. à Bunem. rariſſimis libris annumerari, cui hæc noſtra, pauciſſimis nota, nunquam viſa fuit.

Facius (Barthol.) de rebus geſtis ab Alphonſo I. Neapol. Rege, Lugduni 1560. 4to.

Editio prima Libri perrari & præſtantis.

——— de Vitæ felicitate, Lugduni Bat. 1626. 24.

Fagii (Pauli) Exegeſis Dictionum Hebr. litteralis & ſimplex, in IV. Cap. Geneſeos, Jenæ 1542. 4to.

Opuſculum admodum rarum, uti reliqua Fagii Scripta.

Fasciculus Temporum cum fig. pictis, impreſſum arte mirâ Eberhardi Ratdolt de Auguſta, 1481. fol. s. n L. ſed elegantia Chartæ & Characterum Editionem Venetam denotat, adhærent

a. Divi Vigilii Martyris Opus contrâ Eutychen, Tubingæ ap. Uld. Morhard.

b. Feli Bidembachii tabula Chronolog. Regum Judaicorum, s. n. A.

——— iterùm s. n. A & L. 4to.

——— denuò vide Speculum.

Editiones rariſſimæ Libri haud vulgaris.

Ferrariensis (Joh.) de cœleſti Vita, ſcil. de natura, immortalitate, cruciatu & felicitate animæ, editus per Magiſtrum Anton. de Cauchorio, Legati Pandulphi Malateſtæ Ariminenſ. Principis, cum privilegio à Senatu Veneto impetrato, correctus à Hier. Blongio, impreſſus per Matheum Capcaſam Parmenſem, 1494. Regnante Auguſtino Barbadico Duce Venetiarum, fol.

a. Diogenes Laërtius, Latinè ex Verſione Franc. Ambroſii, impreſſus Venetiis per Philippum Pinzi, Sumtibus Domini Benedicti Fontana, 1497.

b. Themiſtii Peripatetici Libri Paraphraſeos, in poſteriora & alia Ariſtotelis, Interprete Hermolao Barbaro, Patricio Veneto. & Alex. Aphrodiſæus de anima, Interprete Hier. Donato Patr. Veneto, impreſſum Venetiis. 1502.

Librorum præſtantiſſimorum & rariſſimorum, Editiones maximæ raritatis, de Joh. Ferrar. & quidem ipſiſſima noſtra Editione v. Bunem. pag. 21. De Raritate Operum Themiſtii & Aphrodiſæi legitur paſſim.

Ferreti (Joh. Bapt.) Muſæ Lapidariæ. Veronæ ap. Anton de Rubeis, 1672. fol.

Th. S. teſtatur Tom. III. p. 141. hoc Opus adeò rarum eſſe, ut ſæpiùs in inſtructiſſimis & celeb. Germaniæ Bibliothecis non reperiatur.

riatur. Quam ob rem Menkenius illud meritò Libris om nium rariſſimis annumeravit.

Ferro (Giovano) Theatro d'Impreſe, c. fig. Venetia 1629. fol

Opus præcellens & haud facilè obvium.

Fichardi (Joh.) Vitæ Virorum illuſtrium, Francof. ap. Chriſtoph. Egenolfum, 1536. 4to. adhæret Ægid. Tſchudius de priſca & vera Alpina Rhætia Baſil. 1538. 4to.

De ſumma Raritate Libri prioris, in cujus præfatione ſaltem nomen Fichardi apparet, vide Vogt, poſterior verò in ipſa Helvetia perrarus eſt.

Ficini (Marſilii Florent.) Epiſtolæ per Ant. Koberger 1497. 4to.

——— quædam Opuſcula vide Melanchton.

Libri quoad materiam & formam rariſſimi.

Flacci (Math. Illyrici) Refutatio invectivæ Bruni contrà Centur. Magdeb. &c. Baſileæ ap. Oporinum, 1566. 8vo, item

Schegkii (Jac.) contrà Anti-Trinitarios Lib. II. Tubingæ ap. Ulericum Erhardt. 1566.

——— Apologia in Controverſia Sacramentaria contra Bezam 1566.

——— de occaſionibus vitandi Errorem in Eſſentia injuſtitiæ originalis (s. de peccato originali) Baſileæ 1569.

——— de Eſſentia Imaginis Dei & Diaboli, ibid. 1570.

——— quod concionari Legem, ſit proprium Legis, non Evangelii, 1559. ibid.

Liber prior rarus præſertim ſimùl cum ejuſd. Conr. Bruni admonitione, de quo ſuprà Lit. B., quæ Scripta rariſſimè ambo ſimul occurrunt. Poſterior huic annexus eam ob Cauſam rarus eſt, cùm famoſus ille Libellus, cui Titulus *Simonis Religio*, tùm ex *Simonis Simonii* Scriptis, de quibus infrà, tum ex hujus Scheckii Anti-Simonio, de quo itidem infrà, & hoc ipſo Libro concinnatus fuerit.

Flaccus (Valerius) Florentiæ ap. Phil. Juntam, 1512. 8vo.

——— iterùm Antv. ex Offic. Plantin. 1566. 12.

Flaminius (Anton.) in Pſalmos, Pariſ. 1549. 12.

iterùm

——— iterùm Lugd. 1557. 8vo.
——— denuò ibid. 1569. 8vo.

Liber exuſtus vide Schellh. Tom. VII. p. 500. & alibi paſſim, ùt & ejuſd. Amœn. Eccleſ.

FLAVIUS (Blondus) vide Litt. B.

FLORENTIS (Franc.) Diſſertationes de Jûre Canonico, Pariſiis 1632. 8vo.

Vogtius aſſerit, Diſſertationem Florentis de Origine, ortu & Authoritate Juris Canonici, nonniſi in præfatione Operibus *Florentis à Doujazio* Anno 1679. editis præfixa extare. Et ſimùl Celeb. *Gerb. à Maſtricht* ridet, quod ille hunc Librum fruſtrà quæſierit, ſed malè, cùm forſan noſtrum hocce Exemplar de exiſtentia Libri à Maſtrichtio, ſecundùm nos quæſiti, fidem faciat.

FLORENTINI (Franc. Mariæ) Martyrologium vetuſtius occidentalis Eccleſiæ, Lucc.æ 1668. fol.

Liber admodum rarus, cujùs præter Vogtium ex Ittigio nullus Litteratorum mentionem facit, manifeſtò indiciò illos planè nullam illius notitiam habuiſſe.

FLORETI Flores omnium virtutum, Lugduni, 1509. 4to.

FLUDD (Roberti) Opera omnia, quinque Vol. comprehenſa, ſcilicet:

I. Tomi I. Tract. I. de Macrocoſmi ſtructura ejuſque Creaturarum Origine, Oppenh. Ære Joh. de Bry, Typis Hieron. Galleri 1617. it. Tract. IIdi, pars 1ma de naturæ Simia s. Technica Macrocoſmi Hiſtoria & de Arithmetica ib. ap. eoſd. 1618. pars 3tia de Templo Muſicæ; pars 4ta de optica Scientia; pars 5ta de Arte pictoria; pars 6ta de Arte militari; pars 7tima de Motu & variis Machinis; pars 8va de Tempore & Arte Sciorerica; pars 9na de Coſmographia; pars 10ma de Aſtrologia; & pars 11ma de Geomantia.

II. Tomus II. ib. ap. eoſd. 1619. continet: Tract. 1mi Sect. 1mæ Lib. I. de Numeris Divinis, Lib. II. de Harmonia Divina, Lib. III. de Microcoſmo interno, Lib. IV. de Hominis interni Numeris & Harmonia, Lib. V. de Microcoſmo externo, Lib. VI. de Microcoſmi externi Harmonia, Lib. VII. de Microcoſmi interni in externo &c. Lib. VIII. de microcoſmicæ Animæ mediæ actu in Corpore, Lib. IX. de animæ ſenſiti-

ſenſitivæ actu in Corpore, Lib. X. de triplici Animæ in Corpore viſione, Lib. XI. de Spermate & Generatione, Lib. XII. de Hominis interni & externi Harmonia, Lib. XIII. de Muſicæ Animæ compoſitæ Praxi. Sect. II portionis 1mæ Lib. I. de Vaticinio, Lib. II. de Prophetiæ Speciebus in genere, Lib. III. de Somniis, portio 2da de Intellectus Scientia s. Geomantia, port. 3tiæ Libri III. Ars memoriæ, port. 4tæ Libri III. de Genethlialogia, port. 5tæ Libri III. de Phyſiognomia, port. 6tæ Libri III. de Chiromantia, portio 7tima Pyramidum metaph. & phyſica Scientia, Tract. II. Francof. Typis Eraſmi Kæmpferi, Sumtibus Joh. Theod. de Bry, 1621. pars 1ma, portionis 1mæ comprehendit Libr. III. de principiis ſuperſubſtantialibus, pars II. Libr. III. de primariis Naturæ Elementis, portionis 2dæ Partes III. de principiis microcoſmicis archetypicis, ſecundariis, & tertianis; denique ſequitur Demonſtratio analytica contrà Joh. Kepplerum, ib. ap. eoſd. eôd.

III. Vol tertium continet, partis primæ, Sectionis 1mæ port. 3tiam de Anatomia triplici, ib. apud eoſd. 1623. Lib. I. de panis & Tritici excellentia, Lib. II. Myſteria eorundem, Lib. III. Applicatio præced. ad utriuſque Mundi Architecturam, port. 3tiæ pars 2da de vulgari Microcoſmi Anatomia, ſcilicèt Regionis infimæ Libri V. mediæ Libri V. & ſummæ Libri IV. Partis 3tiæ Liber I. Anatomia Myſtica, Lienis & Hepatis Venti, Lib. II. Anatomia Sanguinis, Lib. III. Spermatis Materia, IV. Cordis Anatomia, V. Cerebri Anatomia. Item Monochordon Mundi s. Apologia contra J. Keppler. ib. ap. eoſd. eôd.

Meteorologia Coſmica ibid. 1626.

Pulſuum Hiſtoria, s. portionis 3tiæ pars III.

Medicina Catholica s. myſticum artis medicandi Sacrarium, ib Typis Caſparis Rötelii, impenſis Wilhelmi Fitzeri 1629.

Vol. IV. Tract. ſecundi Sect. I. integrum Morborum s. Meteororum inſalubrium Myſterium, item

ΚΑΘΟ-

ΚΑΘΟΛΙΚΟΝ Medicorum ΚΑΤΟΠΤΡΟΝ. 1631. s. n. L.

Vol. V. Clavis Philoſophiæ & Alchymiæ Fluddanæ, Francof. ap. Guil. Fitzerum, 1633. in Fronte Libri apparet Roſa & Apis, addito Symbolo, dat Roſa Mel Apibus; aliam lepidam Explicationem hujus Emblematis lege apud Serpilium.

Philoſophia Moſaica, Goudæ per Petrum Rammezenium 1638.

Spongiæ Foſteri Expreſſio, ib. eôd.

Sophiæ cum Moria Certamen, 1629. s. n. L.

Joach. Frizzii (i. e. ipſius Fluddi) ſummum Bonum, 1629. s. n. L. addito eod. Embl. & Symb. de quo ſuprà.

Omnia cum figuris innumeris.

——— ſub nomine fictitio Rudolphi Otreb. Tractatus Theologico-Philoſophicus, de Vita, morte & Reſurrectione, Oppenhemii, 1617 4to.

——— Tractatus Apologeticus Societatis de roſea Cruce, Lugd. Bat. 1617. 8vo. adhærent

a. Epiſtola ad eand. Societatem, Francof. 1615.

b. Theoph. Philaretus de ead. materia, Lipſiæ 1610.

c. Germaniæ Fama & Confeſſio hujus Fraternitatis, Francof. 1515.

Omnia Fluddiana in primam rariſſimorum Librorum Claſſem ſunt referenda, quippe quorum ſaltem unum alterumve in inſtructiſſimis Bibliothecis & quidem rariſſimè occurrit, tam abſoluta autem Collectio ejuſd. Operum vix ullibi reperitur, ita ut maximi, imò quantivis ſit pretii.

Folieta (Huberti) Clarorum Ligurum Elogia, Romæ, 1574. 4to.

Liber, etſi in Grævii Theſauro recuſus, tamen in Auctione Menarſiana Teſte Bunemannô pro 50. Florenis divenditus.

Fontaine (Louis) Deſcription du Pays de Janſenie, à Bourg Fontaine chez Ant. Arnauld, 1688. 8vo.

Liber admodum rarus, pauciſſimis viſus.

Fortalitium fidei contrà Judæos, Saracenos, „ aliosque fidei Chriſtianæ inimicos, Annô incarnatæ „ Deitatis, milleſimô quadringenteſimô nonageſimô „ quartô, viceſimâ quintâ die menſis Februarij „ (quem fidei Fortalitium Editor intitulavit) impreſ-

„ ſoriâ

„ ſoriâ arte, Nurembergæ impenſis Antonii Kober-
„ ger, inibi Civem, eſt conſummatus „ Poſt tabu-
lam incipit modô ſeq. „ Incipit Prohemium Fortali-
„ tii fidei conſcripti per quendam Doctorem eximi-
„ um Ordinis minorum. Anno Domini MCCCCLIX.
„ in partibus Occidentis. 4to.

——— iterùm &c. „ fideliter emendatum per ve-
„ nerabilem Magiſtrum noſtrum Guilelmum Totani
„ in Sacra Pagina Profeſſorem, Ordinis Prædicato-
„ rum Conventûs Lugdunenſis &c. impreſſum Lug-
„ duni per Joh. Moylin. aliàs de Chambrey Annô
„ ſalutis noſtræ 1522. impenſis Spectabilis Viri Ma-
„ giſtri Stephani Gueynart.

Editiones rariſſimæ Libri admodum rari, qui à pleriſque Eruditis adſcribitur Alph. de Spina; cujus nomen in neutra harum Editionum apparet, vide plura apud Wolffium in Bibl. Ebrea, & de priori noſtra Edit. Th. S. Tom. I. p. 96.

France (la) ſans bornes, Cologne 1684. 12.

Franco (Nicolo) Lettere al Principi, Signori, è ad altri Perſonaggi, Venetia 1615. 8vo.

Hujus Auctoris Scripta omnia ſunt rara.

Frankenberg v. ſuprà Confeſſio & partem IIdam hujus Catalogi.

Frey (Jani Cœcilij) Via ad Scientias &c. Pariſ. 1628. 12.

Hujus Authoris Scripta omnia rara ſunt & paucis viſa.

Friderici II. Imper. Libri de Arte venandi cum Avibus, & Albertus M. de Falconibus, Aug. Vindel. 1596. 8vo.

Accedit Joach. Camerarius de re ruſtica Norimb. 1596.

Liber prior rariſſ. in Auctione Menarſiana pretio 10. fl. & dimidii, ſæpè longè majori divenditus, Teſte Bunem.

Frischlini (Nicodemi) Opera Poëtica, Argentorati, 1601. 8vo.

Frischmanni (Joh.) Scripta ſequentia.

Cauſæ Regum Heri & hodiè inter ſe belligerantium, 1657. s. n. L. c. fig. æneis, 4to.

Cenſura amica in Collegium Electorale.

Cenſura Cenſuræ amicæ, 1658.

Collegium Electorale de eligendo Rom. Imperatore 1657.

Collegium reliquorum Imperii Deputatorum ad Collegium Electorale, eód.

Series priorum & poſteriorum annexorum Deputatorum, s. n. A.

De Electorum omnium deſideriis Sententia.

Animorum in Europa & vicina Aſia motus, de Suecici Belli motu in Polonia.

Denuò Upſaliæ, vide Manlius, Parte II. hujus Catalogi.

De maxima Scriptorum Friſchmanni, quæ Ἀνωνύμως edidit, Raritate, vide Schellh. & Placcium, cui tamen quædam noſtrorum incognita fuerunt.

Frisius (Rod. Agricola) de Inventione dialecticæ, Argentinæ, 1521. 4to.

——— Opuſcula varia, Baſileæ ap. Andr. Cratandrum & Servatium Cruſtanum, 1518. 4to. item

Joh. Cæſarii Juliacenſis Opuſcula varia, Coloniæ ap. Eucharium Cervicornum. 1520.

Frizon (Petri) Gallia purpurata, Lutetiæ Pariſ. 1638. fol.

In novis Litter. Hamburg. Libris, paucorum manibus tritis & perpaucis viſis, annumeratur.

Fuchsii (Leonhardi) Commentarius de Hiſtoria Stirpium, Lugduni, 1551. 8vo.

Furii (Frid. Valentini Coriolani) Bononia s. de ſacris Libris in vernaculam vertendis Liber. Baſileæ ap. Oporinum, 1556. 8vo.

Fusi (Antoine) le Franc. Archer de la vraye Egliſe, 1619. 8vo.

Opus admodum rarum Teſte Bælio, Artic. Sanchez.

## G.

Gaddius (Jac.) de Scriptoribus non Eccleſiaſticis 1649. fol.

Secundum ſaltem Tomum à Litt. L. incl. ad finem Litt. S. continens, quem plura nunquam ſecuta ſunt, vide plura in Catalogo M, & ap. Morhofium.

Gaffarelli Curioſitates inauditæ, Hamburg. 1676. 8vo. item a. Bar-

a. Bartholini Diſquiſitio medica de Sanguine vetito, Haffniæ 1673.

b. Fromannus de Venæ Sectione in morbillorum Declinatione &c. Lipſiæ 1668.

——— iterùm Gallicè. 1629. 8vo.

HujusLibri Editio prior minùs obvia, poſterior rariſſima & prima.

GAGUINI (Roberti) Annales de Origine & Geſtis Francorum, Lugd. 1497. fol.

——— iterùm, item Velleij Huberti Supplementum ad Annum 1521. Pariſiis per Joh. Cornillaut. pro Petro Viard. 1521. 8vo.

——— Orationes & Epiſtolæ, ibid. ap. Durandum Gerber. 1497. item

Q. Curtii Orationes & Epiſtolæ ibid. ap. Joh. Barbier, per Joh. Ravensbergh. 1507. 12.

Librorum rarisſimorum Edit. pluſquàm rarisſimæ. Vogtio prorſùs ignotæ. Editio Anni 1521. itidem Mattairio non memoratur.

GALATINI (Petri) Opus de Arcanis Catholicæ veritatis, Baſileæ ap. Joh. Hervagium, 1561. fol.

GALILÆI (Galilæi) Sidereus Nuncius s. Obſervat. in Lunæ facie, Lacteo Circulo, Stellisque atque Planetis, Francof. 1610. 8vo.

A Cluten (Joachimus) de Origine & Progreſſu S. R. Imperii, Ofenbach. 1610.

Idem de Hæreticis an ſint perſequendi? Argentor. eôd.

De poſteriori vide infrà notam de Hæreticis.

GALLI (Joh. Baptiſtæ) notationes in Hiſtoriam Thuani. Ingolſtadii typis Ederianis per Eliſabetham Angermayrinam, 1614. 4to.

Recenſionem Libelli hujus rarisſimi vide in Groſchufii nova Librorum rariorum Collectione, ab initio faſcic. III.

GAMBARELLI (Auguſtini) Oppoſitorum, quæ è Plauto, Terentio, Cicerone & Cæſare colligit, Liber. Mediolani ap. Hæredes Pacifici Pontii, & Joh. Bapt. Piccalæum, 1606. 4to.

Liber rarisſimus Teſte Vogt.

GANSEI Arboretum Auſtriacum, vide Partem II. hujus Catalogi.

GANTZ (Rabbi David) Zæmach David, Pragæ, 1592. 4to.

Garimberto (Girolamo) Veſcovo di Galleſe, la prima parte delle vite, overo fatti memorabili di alcuni Papi, è di tutti Cardinali, in Venetia, preſſo il Giolito, 1568. 4.

Liber rariſſimus in ipſa Italia, & ſuppreſſus, teſte Haym.

Garnerii (Joh.) Liber diurnus Romanorum Pontificum, Pariſ. ap. Viduam Edmundi Martini, 1680. 4.

Liber rariſſimus, de quo vide Vogt. & quàm plur. Auth. ibi citatos.

Garzei (Joh.) Aſtrologia, & Oſwaldi Schreckenfuchſij Mathematici, Opus novum. Baſileæ ap. Hier. Petri, 1570. fol.

Gassendi (Petrus) de vita & moribus Epicuri. Lugduni 1547. 4.

Gebri Arabis Alchymia. Bernæ, apud Math. Apiarium, 1545. 4.

a. Raymundi Lullij Apertorium, item Magia naturalis, Norimbergæ apud Joh. Petrejum, 1546.

b. Albertus Magnus de Mineralibus. Auguſtæ Vindel. impenſ. Sigm. Grimm. 1519.

Gellii (Auli) Noctes Atticæ, Venetiis, apud Aldum. 1515. 8.

——— Iterùm Lugduni, ap. Seb. Gryphium. 1534. 8.

——— Denuò ibid. 1559. 12.

Georgii (Franc. Veneti) Harmonia Mundi, vide Veneti.

Geraldini (Alexandri) Itinerarium ad Regiones ſub Æquinoctiali plaga conſtitutas, Romæ. 1631. 8.

Gessneri (Conradi) de raris & admirandis herbis, quæ ſivè quòd noctu luceant, ſivè alias ob cauſas Lunariæ vocantur, Comment. &c. Tiguri apud Andream Geſſnerum & Jacobum, Fratres. 1555. 4.

——— Mithridates ſ. differentia Linguarum, cum Commentario Caſparis Waſeri. Ib. typis Wolffianis, 1610. 8.

Libri in ipſa Helvetia raritate inſignes, nec faciles inventu, & à pluribus fruſtrà quæſiti, quorum prior in auctione Riviniana pro 6½. Thaleris divenditus fuit, vide Buneman.

Gesta Dei per Francos. Hanoviæ typis Wechelianis, 1611. fol. Tomi II. in uno Vol.

Author hujus Collectionis eſt poſt Franc. Pithœum & Paulum Petavium, Viros celeb, Vir non minoris famæ Jac. ſcil. Bongarſius, qui eam è MſSis. è ſua in Biblioth. Bernenſium publicam translatis, condidit.

Gewoldi (Chriſtiani) Defenſio Ludov. IV. contrà Bzovium. Ingolſtat. 1618. 4.

Liber rariſſimus & pauciſſimis cognitus, cum fuerit ſuppreſſus & nuper tantùm quædam Exemplaria iterùm apparuerint. Vide nova Göttingenſia. Ann. 1741. & 1742.

——— Metropolis Salisburgenſis. Monachij typis Bergianis, 1620. 2. Vol. fol.

Libri perrari & præſtantis Editio plus duplò auctior illâ Ao. 1582. à Wigulejo Hund procurata.

Giannone (Pietro) Iſtoria civile di Napoli, Libri XL. Napoli, 1723. 4. Volum. 4.

Libri præſtantis Editio rariſſima & ſuppreſſa, in poſterum rarior futura, etſi, nùnc in Gallicam Linguam translatus hic Liber, evulgatus ſit.

Goar (Jacobi) Euchologium ſ. Rituale Græcorum, Pariſiis, 1647. fol.

Editio in ipſa Gallia ob paucitatem Exemplarium impreſſorum dudùm rara. Vide Vogt.

Godofredi (Petri) Dialogus de amoribus. Lugduni, apud Theob. Paganum. 1552. 12.

Goldasti (Melchioris) Politica Imperialia. Francof. 1614. fol.

——— Replicatio pro S. Cæſarea Maj. & Apologia Principum pro Henr. IV. adv. Gregor. VII. Hanoviæ, 1611. 4.

——— Collectio Conſtitutionum Imperialium, Francof. 1613. fol.

——— Scriptores rerum Suevicarum, def. tit. 4.

——— Paræneticorum Veterum, Pars prima, Inſulæ, 1604. 4.

Omnia hæc Goldaſti, de quibus paſſim, unanimi conſenſu Libris præſtantiſſimis ac rariſſimis annumerantur.

Gollut (Louis) Mémoires hiſtoriques de la Republique Sequanoiſe, Dole, 1592. fol.

Liber

Liber rariſſ. pauciſſ. conſpectus & præſtantiſſimus, cum plurima comprehendat, quæ alibi fruſtrà quæruntur. Vide Vogt.

Goslavii (Adami Bebelno) Refutatio Bartholom. Kekermanni. Racoviæ, typis Sternacianis. 1613. 8.

——— Diſputatio de Perſona, contrà Jacob. Martinium, ibid. 1620. 8.

De ſumma & ſtupenda raritate binorum Goslavii Scriptorum poſterioris imprimis, Vogtius ſeq. habet: „ Poſterius tam rarum eſt, „ ut non ſolùm ipſe Lubienicius in Hiſt. Ref. Polon. illud incuria „ amici periiſſe ſcribat, ſed Zeltnerus etiam in Hiſtoria Crypto So„ cinianiſmi exiſtentiam ejus in dubium vocare videatur.

Goubeau, Pii Vti. Pont. Max. Epiſtolæ Apoſtolicæ, Antwerpiæ, ex Offic. Plantin. Balth. Moreti, 1640. 4.

de Gozze (Gaugis de Peſaro) la Diſcolpa di Epicuro Filoſofo Atenienſe. Romæ, 1640. 4.

Libellus hùc uſque non aliter cognitus, quam ex Rod. Ant. Fabricii triga Obſerv. Litter. in Itineribus ſuis factarum, proindè in primum primæ Claſſis ordinem Librorum rariſſ. referendus.

Grammondi (Gabr. Barth.) Hiſtoria Galliæ ab exceſſu Henr. IVti. Toloſæ, 1643. fol.

——— Hiſtoria proſtratæ Rebellionis à Ludov. XIII. ibid. 1623. 4.

De utroque Libro vide Vogt.

Grangæi (Joh.) Commentarius in Prudentii Libros, contrà Symmachum, Paris, 1614. 8. vide Viliomarus.

Grapaldus (Franc. Maria) de partibus Ædium. Argentorati, 1508. v. Beroaldus.

——— Iterùm Parmæ, apud Franciſc. Ugoletum, 1506. 4.

Libri valdè rari, Editiones rariſſimæ, Vogtio ignotæ.

Gratii (Orthwini) Faſciculus rerum expetendarum & fugiendarum, Coloniæ, 1535. fol.

Liber admodum rarus, præſtans, & valdè quæſitus, vide B. M. & alios.

Gregorii (M.) Opera, Paris, apud Franc. Reynault. 1521. fol.

——— Turonenſis, vide Campegius.

——— Neo Ceſarienſis, vide Luther.

Gronovii (Joh. Frid.) Elenchus Anti-Diatribes ad Papinij Statij Silvas, Paris. 1604. 8.

a. Thomas Campanella, de Libris propriis, Ibid. 1642.

b. Leonhardus Aretinus, de Studiis & Litteris.

Grotii (Hugonis) Annales & Hiſtoriæ de Rebus Belgicis, Amſterdam, 1658. 12.

——— Iterùm Gallicè, ibid. 1662. fol.

Hanc verſionem in ipſo Belgio rariſſimam eſſe, ſimùl ac præſtantiſſ. teſtatur præter alios Adrian Paars in Indice Batavico, vide Vogt.

Grubinii (Oporini) Amphotides Scioppianæ, vide Scioppius.

Grunenberg (Otho Frid.) Diſſertatio de Nicol. Drabicio, ſub Præſidio S. D. Kœleri, Altorfij, 1721. habita, 4.

a. Lux in tenebris, cum fig. 1657.

De poſter. vide infrà Litt. L.

Grynæi (Joh. Jacobi) Epiſtolarum ſelectarum Lib. II. Ofenbach. 1612. 8.

a. Religionis Chriſtianæ in Bohemiæ Regno & in Marchionatu Moraviæ ſumma.

Guagnini (Alex.) Rerum Polonicarum, Libri III. Francof. Wechel. 1583. 8.

Opuſculi præſtantis, quod Mathæum Strykowsky Oſſoſtewiz Authorem agnoſcit, Editio rariſſ. Menkenio incognita.

Gualdi (Pauli) Vita Joh. Vinc. Pinelli, Auguſt. Vind. 1607. 4.

Liber præſtantiſſ. & magnoperè quæſitus.

——— (Galeazzo Priorato) Hiſtoria delle Guerre di Fernando II. & III. &c. Venetia 1641. 4. II. Vol.

Liber perrarus teſte Ludewig apud Wendlerum.

Guarini (Bapt.) il Paſtor fido, Amſterd. apud Elzevir. 1678. 32.

Editio & Ligatura nitidiſſima, vid. Marino & Taſſo.

Guay (Guillaume) Alliance du Roi avec le Turc juſtifiée, Paris, chez Touſſaint du Prez, 1526. 8.

Guicciardini (Lodov.) l'Hore di Recreatione, Venetia, 1600. 12.

——— (Franc.) Paralipomena, vide Thuanus.

Guichenon (Samuel) Hiſtoire de Breſſe & de Bugey, &c. Lyon, chez Huguetan, 1650. fol.

Liber

Liber ex omnium rariſſimis, pauciſſimis viſus, vide Vogt.

Guigonis, Prioris Carthuſ. Statuta Ordinis Carthuſ. Baſileæ, per Joh. Ammerbach, 1510. fol.

Liber ſtupendæ raritatis, pro quo Vir magnus Celeb. Cypriano obtulit 100. Joachimicos, vide notitiam & recenſionem ſatis abſolutam hujus Libri in Coleri Anthol. Tom. I. Faſcic. III.

Guilielmi Pariſienſis, & Hugonis de S. Victore Libri de clauſtro animæ, Pariſ. apud Henr. Stephanum, 1507. 4. Item

Ejuſd. Hugonis quædam alia Opuſcula, ibid. 1506.

Guillimannus (Franc.) de rebus & antiquitatibus Helvetiorum, Friburgi Aventicorum, apud Gulilemum Mæſs, 1598. 4.

——— de Epiſcopis Argentinenſ. Fryburgi Briſgoæ, apud Langium, 1608. 4.

Uterque Liber rarus, poſterior verò pauciſſimis viſus.

Gutbirii, vide Bibliorum partes.

## H.

Haberti (Iſaaci) Archieraticon, ſ. Liber Pontificalis Eccleſiæ Græcæ, Paris, 1643. fol.

Liber admodùm parus, nitidiſſimæ impreſſionis, de quo vide R. S. Biblioth. choiſie. Tom. II.

——— De Cathedra, ſ. Primatu S. Petri, Paris, 1645. 4.

Hackspani (Theod.) Liber Nizachon Rabbi Lipmanni, Norimb. 1644. 4.

——— Fides & Leges Muhammedis, Altorfiæ, ſumtibus Viduæ Scharfianæ. 1646. 4. Cum ejuſd. & aliorum Diſſertationibus Hebræo Philologicis.

Liber prior rariſſimis annumerandus, omnium conſenſu, vide plura in B. Th. Reim. p. 890. poſterior itid. perrarus eſt, & fruſtrà pridem à Doctis quæritur. Teſte Wendlero.

——— Miſcellanea Sacra, Altorfij, 1660. 8.

Hæresiarcharum Apocalypſis, v. ſuprà Lit. A.

Hæretici quô Jure, quôve fructu coërcendi ſunt gladiô, v. igne ſ. Dialogus inter Calvinum & Vaticanum. Dialogum ipſum ſeq.

I. Quædam ad Serveti Hiſtoriam pertinentia.

II. Loca quædam è Scriptis Joh. Calvini deſumta.

III. Ex Diſputatione de Homicidio, in Collegio Theologico Hollandiæ 1602. propoſita.

IV. Ex Annotationibus in ſecundam ad Corinth. Cap. X.

V. Ex Annotat. ad I. Cap. ad Timotheum.

VI. Ex Libro defenſionis Seb. Caſtellionis contrà Bezam, Hæretici definitio vera, de filiis carnis & filiis ſpiritûs.

VII. Ex Epiſtola Caſtellionis ad Nic. Blasdiker.

VIII. Epiſt. Caſtellionis ad Eduardum VItum. Angliæ Regem.

IX. Epiſtola ejuſd.. ad Senatum Baſileenſem.

Omnia omiſſis nominibus Auctoris, Typographi, Loci & Anni impreſſionis. Attamen, uti ex Charactere Litterarum apparet, in Belgio excuſus, forma 8vâ. & ſecundum maximos Litteratores, Lælium Socinum Authorem agnoſcens, vide plura in Lexico Buddeano, Anno 1732. Lipſiæ evulgato Litt. S.

——— De illis coërcendis, quatenùs progredi liceat, *Mini Celſi Senenſis Diſputatio*, ubi nominatim eos ultimo ſupplicio adfici non debere apertè demonſtratur, Chriſtlingæ, 1577. 8.

Præfationem Typographi ſequitur Proemium, hoc Opus ipſum in IV. Sectiones diviſum; ſed me prorsùs latet, cur in fine ultimæ paginæ pro cuſtode adſint Litteræ ANO, id quod non ſolùm in hoc noſtro, ſed etiam in alio Exemplari obſervavimus. An forſan *ANO*nym quoddam Opuſculum vel *ANNO*tationes quaſdam ſimùl evulgaverit Typographus, poſt modum ſuppreſſas, aliis indagandum relinquo.

——— Anti-Inquiſitor contrà calumniam & Calumniatores veteres & modernos, Authores & Fautores, pernicioſiſſimi Belli inter Chriſtianos No.--I. ſinè mentione Authoris, Typographi, Loci, Anni, 8. adhæret.

Joh. Dugonis Philonii Tilianus, v. de Scientia benè moriendi, item Xenocrates de contemnenda morte, Baſileæ, per Joh. Oporin. 1553.

Liber prior cum præcedentibus ejuſd. Commatis. Titulus enim Cap 21. ità ſonat: *Refelluntur Scribæ & Pharisæi, qui Legem Moſis perperam citant, de occidendis Hæreticis.* Author hujus Libri eſt Seb. Caſtalio. Etſi enim Amicorum quidam meorum Eruditiſſ. dubium

dubium ſuper hoc moviſſet, attamen ſententia mea confirmata eſt ex Libello, qui ejuſd. Caſtellionis Dialogis, Areſdorfij, 1578. evulgatis, de quibus ſuprà Litt. C. adhæret, ſub Tit. Seb. Caſtell. Defenſio ad Auth. Libri cui Titulus eſt, *Calumniæ Nebulonis*, cum hic ipſiſſ. ille, & idem ſit cum dicto *Anti-Inquiſitore*.

HÆRETICI An ſint perſequendi & omninò quomodò ſit cum eis agendum &c. multorum, tùm Veterum, tùm Recentiorum Sententiæ, &c. Recenſuit Joach. Cluten Megapolit. Argentorati, 1610. 8.

Hic Liber eſt ipſiſſimi Mart. Belli, ad quem nunc tranſibimus, nova Editio.

——— Eód. Tit. cum Præfatione Mart. Belli, Magdeburgi, per Georg. Rauſch, 1554. 8.

In averſa parte Tituli contenta Libri leguntur, & quidem inter alia, Mart. Lutheri ſententia &c. & Joh. Brentii de Anabaptiſtis, quæ tamen nomina in alio Exemplari ejuſdem Editionis, quippe cujus pagina paginæ, linea lineæ reſpondet, modo ſequenti expreſſa ſunt, Aretij Cathari ſententia, &c. Joannis Wittlingii de Anabaptiſtis, &c.

——— Juſti Lipſij adverſus Diagoliſtam, Liber de una Religione, Francof. apud Joh. Wechel, & Petr. Fiſcher, Conſortes 1581. 8.

——— Defenſio Proceſſûs de non occidendis Hæreticis, &c. contrà Lipſium, per Theod. Volchard Coornhert, Hanoviæ ad Mœnum, apud Guil. Anton. 1593. Adhærent:

a. Simon Schardius de origine Electorum, Argentorati, 1608.

b. Jac. Schultes de fide Hæretico ſervanda, 1609.

c. Melanchton de origine Imperij Turcorum, &c. 1560.

d. Jac. Typotij Jaurinum, Halæ Sax. 1598.

——— Eraſmi Roterod. in Leges Cæſareas & Pontif. de Hæreticis annotationes, & Gerh. Noviomagi Epiſtolæ de Re Evangelica & Hæreticorum pœnis, Argentorati, 1609. 4.

——— Calvini defenſio Trinitatis contrà Servetum, ubi oſtenditur, Hæreticos Jure gladij coërcendos eſſe, apud Rob. Steph. 1554. 8.

——— de Hæreticis à Civili Magiſtratu puniendis

 adverſus

adverſus Belli farraginem & Novorum Academ. Sectam, Libellus, Auct. Theod Beza. OlivaRob.Steph. 1554.

Singula Opuſcula de Hæreticis puniendis rara, Coornherti & Lipſij rariora, Socini, Celſi, & Belli. ſ. Caſtalionis rariſſima, imò ſummæ raritatis eſſe, omne Eruditi uno ore fatentur, id quod inſuper ex eo patet, quòd tantoperè Eruditi inter ſe diſſentiant, de genuinis dictorum opuſculorum auctoribus, cujus non minima mihi cauſa videtur, quod nemini forſan hûc uſque licuerit ſingula illa inter ſe conferre, quò factum eſt, ut quidam de Opuſculo Socini, Celſi, Belli, Caſtalionis, quædam legens, non niſi unum alterumve eorum exiſtere putaret; hinc forſan exorta eſt Quæſtio: An Socinus num verò Caſtalio genuinus ſit Author Libri à Mino Celſo evulgati? cum nobis ex collatione & inſpectione cunctorum apud nos de hac materia extantium Scriptorum, ſatis ſuperque conſtet, ſingulis horum Auctorum locum quendam adſignandum eſſe: L. Socinus enim pro noſtra Sententia Author eſt Dialogi inter Vaticanum & Calvinum. Minus Celſus, (de quo evolvas Schœlh. Tom. VII. pag. 86.) Libri ſub ejus nomine editi, Caſtalio tandem Scriptorum ſub Titul. Mart. Belli & Anti-Inquiſitoris. Cæterùm cum ſinguli Librorum modò memoratorum ſummæ ſint raritatis, quivis facilè judicabit, talem collectionem, utpote forſan unicam, quantivis eſſe pretij, ad quam pertinent etiam Duræi & Zwikeri Scripta, de quibus ſuo loco.

HÆRETIQUES (Artifices des) Paris, 1681. 12.

HAGENMEYER (Joach.) Meditationes de ſtatu animæ, Francof. 1680. 4.

——— Epiſtolæ XII. de ſtatu trium Regnorum Septentrionalium. Juris publ. Europæi, ibid. Item, Maur. Erici Diſſert. de principiis Juris publ. Germaniæ.

HALOANDRI (Georg.) Inſtitutiones, Lugduni, per Seb. Gryph, 1536. 12.

Vogtius ex Hausfrizio ſeq. habet: „ Adeò inveniuntur rarò, ut „ plerumque, ſi quem reliquas Corporis Juris Haloandrini partes „ omnes, poſſidere videmus, hæc deficiat, „ id quòd tamen fortè de Editione originali interpretandum eſſe, haud inficias ibo.

HARDT (Herm. van der) Ænigmata priſci Orbis, Helmſtadt, 1723. fol.

——— Hiſtoria Regni Babyl. per Cyrum everſi, ibid. 1726. 8.

Hujus Auctoris Libri, quippe plurima paradoxa continentes, maximam ad partem ſuppreſſi fuerunt, vide pl. apud Reim. B. Th.

HARMONIA Confeſſionum fidei, Genevæ, 1581. 4.

Editio

Editio admodùm rara.

Heliodori Hiſtoria Æthiopica, Interprete Stanislao Warſchawizki, Baſileæ, per Johan. Oporinum, 1552. fol.

a. Solinus de mirabilibus mundi, Brixiæ, per Jac. Britannum, 1498.

b. Lupoldi de Bebenburg, Liber de veterum Principum Germanorum, Fide, Religione & Fervore in Chriſtum, Eccleſiam & Sacerdotes, Baſileæ, per Joh. Bergman de Olpe, 1497.

Omnia rariſſima, præſertim Editiones hæ noſtræ.

